Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



luc missus erat. Sed ad archam construendam conscissa sunt ligna de siluis.
Inde ligna. inde bestie. inde uenistis. Ergo bibunt. Potabunt
omnes bestie siluc. Suscipient onagri in sitim suam. Onagros magnas quasdam
bestias dicit. Quis enim nesciat onagros dici agrestes asinos. Magnos quidem dicit
quasdam indomitos. Nullum enim habebant gentes iugum legis. Viuebant multe gen-
tes moribus suis. superba iactantia uagantes tanquam in deserto. Et omnes quidem
bestie ita. Et onagri positi sunt ad significationem magnitudinis. Potabunt et
ipsi in sitim suam. Fluunt enim et ille aquc. inde bibit lepus. inde onager. Lepus par-
uus. et onager magnus. Lepus timidus. et onager ferus. Vtrique inde bibit. Et quisque
in sitim suam. Non dicit aqua lepori sufficio et repellit onagrum. neque hoc dicit ona-
ger accedat. lepus si accesserit rapiat. Tam fidelium et temperate fluit. ut sic onagrum
saciet. ne lepore terreat. Sonat strepitus uocis tulliane. cycero legit. Aliquis liber esset
dyalogi ci esset siue ipsi esset siue platonis. siue cui cuique tabu. Audiunt impii. in sui-
mi minoris cordis. Quis audet illuc aspirare. Strepitus aque. et forte turbate. cer-
te nisi ita rapacem fluentis. ut animal timidum non audeat accedere et bibere. cui sonuit in
principio fecit dominus celum et terram. et non ausus est bibere. cui sonet psalmus. et dicat multum
est ad me. Ecce enim quid sonat psalmus. certe occulta sunt mysteria. Tamen ita sonat ut et pu-
eros audire delectet. et impii accedant ad bibendum. et saciati ruceteri in psallen-
do. Bibunt quidem minores bestie et maiores. Et capiti maiores. quia suscipiunt onagri
in sitim suam. Bibat minor quod scriptum est. Viri diligite uxores uras. sicut et xpc dilexit
ecclam. Mulieres uiris suis subdite sunt. Bibant minores. Dictum est autem domino. Li-
cet dimittere uxorem omni ex causa. Prohibuit dominus. et dixit non licere. Non sentis uigi
quia dominus ab initio masculum et feminam fecit. Quod dominus coniunxit. homo non separet. De
inde addidit. Qui dimiserit uxorem suam excepta causa fornicationis. facit ea me-
chari. Et si alia duxerit. mechatur. Confirmauit cepedem. Hoc expediunt colligato.
prouagere ne ligaretur. Aligatus es uxori. ne quesieris solutionem. Solutus es ab uxore.
ne quesieris uxorem. Si non es onager. Si non es solutus ab uxore. Habes ibi quod et lepus
bibas. Et si accepisti uxorem. non peccasti. Discipuli autem cum audiuerunt dictum a domino non li-
cere ullum preter causam fornicationis disiungi coniugia. si talis est inquit causa
cum uxore. non expedit ducere. Et dixerunt. Non omnes capiunt uerbum hoc. Nam uerum
dicitis. quia si talis est causa cum uxore. non expedit ducere. Sed numquid soli onagri bibiti
sunt. Non omnes capiunt ubum hoc. ~~Nam uerum dicitis~~. Multi non capiunt. Et qui sunt
qui capiunt. Suscipiunt onagri in sitim suam. Quid est suscipiunt onagri in sitim suam. Qui
potest capere capiat. Oremus sequitur in confessione sua psalmus. Super illos uolatilia celi
habitabit. Super quos. Super onagros. an potest super montes. Illuc enim sensus iste dirigit.
ut medium montium penetrabunt aque. potabunt omnes bestie siluc. suscipient onagri